





Kern 86  
(1-54; a-g)



INDEX

LABORVM

QVIBVS

ACADEMIAE

FRIDERICIANAЕ

PROFESSORES

PER SEMESTRE AESTIVVM

IN

STVDIOSAE IVVENTVTIS COMMODVM

OCCVPABVNTVR

PRORECTORE MAGNIFICO

D. PHILIPPO ADOLPHO

BOEHMERO

MED. ANAT. ET CHIRVRG. P. P. ORDINAR.

ACAD. CAESAR. NAT. CVRIOS. ITEMQVE IMPERIAL. PETROPOL.

NEC NON REG. BEROL. SCIENT. ET PARIS. CHIRVRGOR.

SODALI.

~~~~~  
P. P. d. II. APRIL. MDCCLXVI.



~~~~~  
HALAE MAGDEBVRGICAE,

EX OFFICINA BEYERIANA.



**LECTIONES  
PRORECTORIS, DIRECTORIS,  
ET  
PROFESSORIS MATHESEOS ET PHYSICES PRIMARIJ.**



**PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER**, *privatim*, hora matutina VII. ad VIII. et pomeridiana II. ad III. fundamenta *Chirurgiae* theoretico-practica, additis infimul necessariis regulis et cautelis practicis, duce B. HEISTERO, perspicue tradet, ipsisque, data occasione, potiores in cadaueribus operationes iunget. Hora IX. ad X. in E. ROEDERERI *elementa artis obstetricariae* commentabitur, et diebus Mercurij ac Veneris hora I. ad II. de *fasciis chirurgicis*, ad libellum B. BASSII, exponet, adhibendasque monstrabit; his autem omnibus, si tempus tantum permitteret, addet Collegium *casuale practicum*.

IOH. TOBIAS CARRACH explicabit 1) *publice* Processum *Criminalem* ad PERILLVSTR. DNI. BOEHMERI *Elementorum Iurispr. Criminal. Sect. I. capita huc pertinentia*. 2) *Privatim* commentabitur ad B. BOEHMERI *Introd. in Jus Digestorum alteram partem*. 3) atque ad *Processum Civilem* desiderantibus manu ductione sua inferuierit.

IO. AND. DE SEGNER postquam mensibus elapsis absoluit *Staticam*, lectione publica, hora XI, *Hydrostaticam* tradet, et doctrinam de Aere. *Privatim* *Elementa* matheseos denuo explicabit hora II. Hora autem IV. docebit *Algebram*.

**LECTIONES THEOLOGICAE.**

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS priorem ad *Timotheum* epistolam ita explanabit, vt simul vsum eius vberimum in ministerio ecclesiastico ostendat.

IO. GEORG. KNAPP hor. VIII. IX. *theologiae dogmaticae partem primam* explicabit. h. XI. XII. *historiam ecclesiasticam N. T.* exponet. Die vero Domini h. V. VI. in *tractatione aetetica* selectorum locorum biblicorum perget.

IO. SAL. SEMLER redibit ad *theol. dogmat. partem primam*; hor. VIII. IX. perget in *theol. morali* hor. X. in *theol. polemica* parte II, hora II. III. *Antiquitates* christianas praeleget h. XI. Nec *publicae* lectioni et disputationibus in *Seminario* procurandis deerit.

IO. AVG. NOESELT *publice* explicabit *Epistolam Pauli ad Ephrasos*, nec deerit disputandi exercitiis. Caeterum e lectionum in N. T. cursu interpretabitur ceteras omnes *Pauli* Apostoli *Epistolas*; perget in scholis super *moribus Christianorum* recte regendis, itemque lectiones in *loca classica scripturae sacrae* de dogmatibus Christianis referaurabit.

IO. FR. GRVNER *publice* 1) *historiam Christianam* a tempore reformationis saeculorum per b. Lutherum ad nostra tempora enarrabit ad ductum libri sui. *Privatim* 2) *capita theologiae dogmaticae* omnia exponet. 3) *oratoriam sacram* docebit itidem ad ductum libri sui, *Anweisung zur geistlichen Beredsamkeit*. 4) neque deerit, si qui *collegium homiletico-practicum* desideraturi sint.

**IURIDICAE.**

DANIEL NETTELBLADT *publice* hora III. IV. ad *Introductionem* suam in *iurisprudentiam positivam*, cuius secunda editio sub prelo est, commentabitur. *Privatim* tradet hora VIII. IX. et II. III. *ius naturae* ad compendij sui tertiam editionem; hora IX. X. *ius germanicum* *privatum* ad Dn. de SELCHOW *elementorum* huius iuris tertiam editionem; hora X. XI. *ius criminale* duce MEISTERO; hora XI. XII. *principia iuris feudalis* praeeunte BOEHMERO. Nec *ius* deerit, qui hora IV. V. *privatissime* *initia historiae litterariae iuridicae* sibi explicanda desiderabunt.

PHILIPPVS IACOBVS HEISLER horis VII. IX. et II. III. in Collegio *Pandectarum* perget, horis X. XI. et I. II. vero *Perill. D. IO. SAM. FRID. BOEHMERI Elementa Iurisprudentiae criminalis* rursus explicabit.

GEORGIUS SAMVEL MADIHN perget 1) in lectionibus *Iuris Naturae* hor. VII. VIII. ad sua *Principia Iurisprudentiae naturalis vniuersae*, quae hoc semestri in *Officina Curtia* prodibunt, deinde docebit 2) hor. VIII. IX. *Ius criminale* duce Ill. MEISTERO 3) hor. IX. X. *Ius germanicum* *privatum* praeeunte Ill. EISENHARTO. 4) *Ius Naturae*



Naturae hor. X-XI ad Ill. ACHENWALLII libellum. 5) *Ius feudorum* hor. XI-XII faciem praefertent Illustri GE. LVD. BOEHMERO et 6) *Historiam Iuris vniuersi*, quod per Germaniam obtinet, hor. III-IV enarrabit secundum Ill. de SELCHOW libellum. Omnes ac singulas lectiones hoc semestri plene absoluet.

ERNESTVS CHRISTIANVS WESTPHAL semestri instanti destinabit 1) hor. VIII-IX. et II-III. Collegium *Pandeclarum* secundum Compend. Ludouicianum. 2) hor. X-XI. *Ius canonicum*, ad Libellum Ill. Ge. Lud. BOEHMERI 3) hor. XI-XII. Explicationem *Institutionum Iuris ciuilib*, adhibitis Elementis Heineccianis, eorumque edit. nouiss. Berolin. d. a. 1762. aut 1765. adiectisque propriis tabulis litterariis nouis, sub Titulo: *Atinum Iurisprud. vniuersae, praesertim ciuilib*, hic prodeuntibus. 4) *Exercitium disputatorium* hor. I-II. diebus Saturni, vbi, qui interesse cupiunt, mature, vt nomina indicent, rogantur.

PHILIPPVS ERNESTVS BERTRAM publica lectione explicabit *Instrumentum Pacis Ornabrugensis*, priuatim vero interpretabitur 1) Ill. PÜTTERI Elementa *Iuris publici Germanici*, 2) tradet *Historiam Imp. Rom. Germanici* ad ductum compendii PÜTTERIANI, 3) enarrabit rogatu nonnullorum *historiam litterariam* ad filum compendii sui. 4) illustrabit *Historiam* praecipuorum *Europae regnorum* praeeunte ACHENWALLIO. Offeret etiam desiderantibus *Collegium notitiae politicae* regnorum Europae ad ferriem compendii *Achenwallianii*. Horas his lectionibus destinatas e valuis publicis significabit.

## MEDICAE.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER hora VII. matutina ad VIII. doctrinam de Signis morborum, tam diagnosticis, quam prognosticis, ad ductum *Fundamentorum* suorum *Semiologiae medicae*, exponet; hora VIII-IX. et X-XI. *Theopiam specialem*, additis insinual necessariis regulis et cautelis praectis, in singulorum morborum curationibus obseruandis, perspicue tradet; hora vero XI-XII. *Fundamenta Pathologiae specialis* explanabit, horumque laborum initium finitius nundinis Lipsiensibus, die V. Maii, b. c. D. faciet.

FRIDERICH HOFFMANN publice hora X-XI. materiam medicam praeteret, priuatim vero hora XI-XII in delineationem vniuersae medicinae praeelectiones insinuet. Initium harum lectionum erit finitius instantibus nundinis Lipsiensibus.

IO. PET. EBERHARDT, hor. IX-X tradet *Physiologiam* ad ductum T. I. *Conspectus Medic. theoret.* praetera vel *Semiologiam* vel *historiam Medicinae* explicabit. Reliquae praeelectiones erunt philosophicae.

F. C. IVNCKER publicum studium diebus martis et mercurii, hora III-IV. in explicanda *Pharmacologia* impendet. Priuatim hora XI-XII. *Pathologiam* tam generalem quam specialem docebit: hora II-III. *Chemiam theoreticam* praeeunte Excell. VOGELIO debita exponet perspicuitate, eamque diebus Lunae et Veneris horis III-V. *experimentis* necessariis illustrabit. *Priuatissima* exercitia in *Collegio clinico* hora IX-X. cum proeuctioribus Auditoribus more consueto perpetuabit. Nec iis deerit, qui priuatissimam explicationem *Therapiae specialis* desiderabunt.

## PHILOSOPHICAE.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER publicis praeelectionibus destinavit *Cosmologiam* et; doctrinam de *Elementis*; primato autem studio commentabitur in WALLERII *Hydrologiam*, deque harum lectionum initio et iisdem assignandis horis, consueto tempore et loco Dnn. Communitones certiores reddet.

IOHANNES FRIDERICVS STIEBRITZ per semestre aestiuum 1) *Lectiones logico-Metaphysicas* redordietur; 2) *fundamenta linguae ebraicae*, subiuncta analyti, ad ductum *Danzii* tradet; 3) in *Psalmis Davidicis* luculente commentabitur. Neque illis deerit, qui collegium *oeconomico-Camerale*, praeeunte *Ditmaro*, desiderabunt. Initium capient praeelectiones finitius nundinis Lipsiensibus.

GE. FRID. MEIER docebit h. IX-X. *Metaphysicam* b. Baumgarten, et III-IV. *Logicam*.

D. IOHANNES FRIDERICVS IOACHIM a VII-VIII. *Historiam Vniuersalem Europae* Regnorum atque *verumpublicarum* ad filum compendii sui, ab VIII-IX. *Historiam Imperii Germanici* ad ductum introductionis suae, tradet; neque iis deerit, qui *artis Heraldicae Institutiones* desiderabunt.

ADAMVS GVLIELMVS FRANZEN publice h. IV-V. *Sophaelis* Aiacem, separatim *Hoerrii* studio parabilem, obseruandis identidem tragoediarum regulis, interpretabitur: *primatim* h. VIII-IX. *Hugonis Grotii* de iure belli ac pacis libros tres, magna re-

rum



rum varietate et doctrina praestabiles, anni spatio sic explicare studebit, ut ex suis quaeque leges rationibus ducantur; h. X-XI. *Alex. Gortl. Baumgarteni* Ethicam philosophicam exponet; atque h. III-IV. uniuersa bene pulchreque scribendi praecepta, Latinam in primis ad orationem accommodata, tradet.

CHRIST. ADOLPH. KLOTZIVS enarrabit *Archaeologiam*, quae artium liberalium, i. e. statuarum, pictoriae, sculpsurae etc. memoriam complectitur, subiungetque *antiquitatum Romanarum*, duce Burmanno, explicationem. Regulas bene cogitandi et iudicandi in interpretatione *Homeri, Callimachi*, aut alius poetae, exponet. Offert praeterea lectiones de *re numismatica antiqua*, atque etiam *re diplomatica*.

D. CAROLVS FRIDERICVS PAVLI hora VII matutina Historiam regnorum Europ. ad Illustr. Gebaueri *Grundriß*, hora VIII. Historiam S. R. I. ad b. Schmauffii *historisches* hunc publicam, ex nonnullorum desiderio vero hora ex valuis publicis indicanda Historiam Ducatus Silesiae docebit.

IO. LVDOV. SCHVLZE, ut partibus ab Augustissimo Rege clementissime sibi demandatis fungatur, I. finitis lectionibus chaldaicis progredietur inuenti semestri aestiuo ad Syriacas, II. pro lubitu Auditorum aut in Psalmos aut in Iesaiam commentabitur. III. lectiones cursorias in V. T. inde a libro Ieremiae continuabit. IV. praelectiones in *Danzii* Fundamenta linguae hebraicae denuo auspicabitur. V. Publicas quoque inchoabit lectiones, quibus loca ea Versionis graecae LXX. Interpretum examini subiiciet, quae a vero sensu hebraici textus recedunt. Ex vasto hoc ambitu speciminis loco eliget *Prophetas posteriores*, quibus absolutis ad reliquos sacri Codicis libros accedet. Vacabit etiam Exercitiis disputatoriis et lectionibus privatissimis numismaticis ad ductum Compendii a b. Parente concinnati, quod prelo nunc exit, sub titulo, *Anleitung zur älteren Münzwissenschaft*. Horae suo tempore et valuis publicis innotescunt.

### EXTRAORDINARIAE.

GOTTL. ANAST. FREYLINGHAUSEN *interpretationis sacrae regulas*, adiuncta simul *praxi exegetica* tradere constituit. Idem *Theologiae dogmaticae partem primam* succincta commentatione illustratam examinando repetet, alteram vero illius partem disputantibus privatim subiiciet.

D. ERNESTVS FRIDERICVS KNORRE selecto Auditorum numero *Collegium practicum elaboratorium* ad ductum B. PARENTIS *Anleitung zum gerichtlichen Proceß* aperiet.

D. FRIDERICVS LEBERECHEIT SVPPRIAN per hoc semestri infantum morbos publice proponet; privatim autem *phytiologiam* et *pathologiam* generalem interpretabitur.

IO. PET. EBERHARD, h. VIII-IX explicabit *Mathesin puram*, ad Wolfanum compendium, et h. I-II *Physicam* in propriis Institutiones ac theorias ibi traditas experientis illustrabit.

F. W. ELLENBERGER DE ZINNENDORF Logicam tam theoreticam quam diebus veneris praeciae ad Coruini systema hora VII-VIII matutina; theologiam philosophicam ad sua praecepta hora IX-X; hebraicum critico grammaticale in primum librum Mosis, *Genesis* dictum, collegium hora XI-XII tradet; Diebus Sabbathi librum suum, *Kunß, sich mit der hebräischen Sprache zu beschäftigen*, explicabit publice hora I-II.

IOANNES CHRISTIAN FOERSTER docebit publice hor. I-II per tres priores dies principia *politicae* secundum epitomen suam ex *Montesquii* de legibus scripto, quae in officina Kummeliana profluit, *privatim* hor. IX-X et simul a mens. Augusti hor. V-VI *metaphysicam b. Baumgarteni*; hor. X-XI *uniuersam theoreticam philosophiam* secundum *Ven. Ernesti* initia *solidioris doctrinae* et hor. II-III *philosophiam rationalem*, *Baumgartenium* secutus. Offert adhuc vel explicationem factorum philosophiae vel demonstrationem iuris naturalis iuxta Illustr. *Achenwalli* principia vel de moribus doctrinam secundum *Baumgartenii ethicam*, modo tempestiue dent Auditores nomina.


CAROLVS RENATVS HAVSEN hoc semestri enarrabit et absoluet: *diebus* Lunae, Martis, Mercurii, Iouis, Veneris et Saturni hor. VII-VIII historiam uniuersalem, duce Freyero in libro: *Erste Vorbereitung zur Universalhistorie*. Halle 1756. hor. X-XI historiam Imperii Romano-Germanici secundum Putteri *Grundriß der Staatsveränderungen des deutschen Reichs*. Göttingen 1764. hor. XI-XII historiam regnorum Europae secundum Schmauffii *Kurzen Begriff der Historie der vornehmsten Europäischen Reiche und Staaten*. Göttingen 1755. hor. IV-V diebus Lunae, Martis, Iouis et Veneris historiam Seculi decimi octauo, secundum librum suum: *Versuch einer Dragmaischen Geschichte des achtzehnten Jahrhunderts*, Halle 1766 explicabit. hor. V-VI diebus Martis et Veneris publice Nouellis Lipsiensis *politicae* ex uniuerso ambitu historiarum et *politicae* illustrabit.

I. G. LACOBII publice Virgilii *Ecolias* interpretabitur et cum recentiorum carminibus comparabit. *Privatim* Tassii *Carmen Hierusalem Liberata* inscriptum explicabit. Privatissimas etiam lectiones in litteraturam Gallicam, Italicam et Anglicam volentibus offert.











(50)

INDEX

# LABORVM

QVIBVS

## ACADEMIAE

# FRIDERICIANAE

### PROFESSORES

### PER SEMESTRE AESTIVVM

IN

### STVDIOSAE IVVENTVTIS COMMODVM

### OCCVPABVNTVR

### PRORECTORE MAGNIFICO

## D. PHILIPPO ADOLPHO

## BOEHMERO

MED. ANAT. ET CHIRVRG.

ACAD. CAESAR. NAT. CVRIOS. ITEMQV

NEC NON REG. BEROL. SCIENT. ET

SODALL

P. P. d. II. APRIL. MDCC



HALAE MAGDEBVRG

EX OFFICINA BEY

